

uecat, appositum: sternutamenta mouet, ac
mures interficit, cum melle & polenta suba-
ctum: quin & carnes colliquat & absunt, si
coquatur vna. Datur & ieiunis per se, item-
que cum sesamo & pissañæ aut alicæ cre-
more, aut cum aqua mulsa, aut pulte, aut
lente aliave sorbitione. Sed & cogitur cum
pane, atque ita inassatur. Apparatus verò in-
supérque victus ratiō vtentibus accommo-
data diligenter ab iis tradita est, qui ex pro-
fesso de ipsis dosi scriptitarunt. Sed maxi-
mè Philonidæ Siculo Ennæ assentimur.
Longum enim foret, in hac quam præcipue
instituimus materiæ Medicæ tractatione,
victus rationem ad medendum necessariam
simul & semel exponere. Sunt tamen non-
nulli qui dent ipsum cum larga sorbitione,
aut copioso tremore: vel etiam exhibito
parciore cibo post illicè veratrum offerant
ae iis præsertim quibus strangulationis su-
spicio imminet, aut corporis imbecillitas a-
dest. Illo enim modo sumentibus purgatio
periculo vacat, quod non intempestiuè ia-
tiove citius medicamentum corporibus ac-
cedat. Ceterum & sedi subditæ ex eo balani,
cum acetō vomitiones concitant.

De Hellebore seu Veratro nigro.

CAP. CLI.

Helleborum seu veratrum nigrum aliqui

Melampodium, alij ectomon, alij polyrrhizon vocant. Melampodium verò appellatur, quoniam caprarū pastor nomine Melampus furētes Prætē filias eo primus purgasſe & sanasse creditur. Folia eiviridia, platani similia, sed minora, foliis sp̄odylīj proxima, pluribus diuisuris scissa, nigriora & subaspera: caulis breuis: flores candidi, purpurascētes, figura racemosi: semen intus cnici, quod & anticyræi selamoides vocant, & in purgationes adhibent. Radices subsunt tenues, nigræ, velut ē capitulo quodam cepæ simili dependentes, quarum etiam usus est. In asperis, editioribus sitientib[us]que locis enascitur. Optimum quod ex locis eiusmodi petitur, quale quod ex Anticyra: nigrum enim inibi probatissimum gignit[ur]. Eligi debet carnosum, plenum, cui tenuis medulla sit, acre denique gustu feruēnsque. Huiusmodi est quod in Helicone, Parnasso & Ætolia nascitur: attamen Heliconium præcellit. Veratrū nigrum purgat per inferna, trahitque pituitam & bilem, datum per se, aut cum icammonia & sale, drachma vna seu obolis tribus. Decoquitur & cum lente, ac iusculis qua[re] purgationis causa sumptitantur. Prodest verò in comitalibus articulariisque morbis, itēmque melancholicis, insanientibus & paralyticis. Subditum, menses trahit

&c

& partus necat: fistulas inditum ac tertia die
exemptum pargat. Similiter in auditu diffi-
cili immittitur in aurem, ibique ad biduum
triduumve finitur. Scabiem quoque sanat,
cum thure aut cera & pice ac cedrino oleo
perunctum. Vitiligini verò, impetigini ac
lepris ex aceto impositum per se medetur.
Dentium dolorem coctum cum aceto col-
lutione mitigat. Septicis etiamnum medi-
camentis admiscetur. Quin & hydropico-
rum ventri cum farina hordeacea & vino v-
tiliter imponitur. Porro autem confitum
proximè vitium radices, vino inde expresso
vim purgandi conciliat. Sed & eodem aspergunt,
purgandi expiandique vim illi
tribuentes. Quamobrem & qui ipsum effo-
diunt, stantes Apollinem & Aesculapium
precantur, obseruantque aquila volatus:
eam enim alitem traquant non citra pericu-
lum aduolare, atque etiam ei mortem in-
ferre, quem veratrum effodiencem conspe-
xerit. Celeriter quoque effodiatur oportet,
quoiam halitu aurave sua caput aggrauat:
quapropter ad id præcaendum, effossuri al-
lia præsumunt, vinumque subinde sorbent:
ita siquidem ab afflatu lecuriores noxaeque
minus opportuni redduntur. Ceterum ve-
ratrum hoc, candidi modo, etiam cimedul-
latur.

De Sesamoide magno. CAP. CLIII.

SESAMOIDES magnus in Anticyra elle-
borum vocant, quoniam in purgationi-
bus candido veratro misceatur. Similis est
herba senecioni aut rutae: foliis longis, flore
candido, radice gracili, inefficaci: semine se-
samæ, gustu amaro. Granum id per supernæ
pituitam ac bilem purgat, si tritum quan-
tum tribus digitis capitum cum albi veratri
sesquiobolo ex aqua mulsa detur.

De Sesamoide parvo. CAP. CLIII.

Sesamoidi parvo caulinis sunt dodran-
tales: folia coronopi, at hirsutiora minorâ-
que: in summis caulinis capitula flosculo-
rum penè purpureorum, quorum medium
albicat: semen in illis sesamæ, amarum, ful-
uum; radix tenuis. Semen potum diridio a-
acetabulo in aqua mulsa, bilem ac pituitam
per inferna purgat. Ex aqua verò imposi-
tum, tubercula & cedemata discutit. Nascitur
in asperis.

De Cucumere sylvestri. CAP. CLIII.

CUCUMERIS agrestis à sativo fructu solo
distat, quem longè minorem parit, ob-
longis glandibus similem: folia fermentâ-
que satui refert: radix est candida, magna.
Nascitur in ruderibus & labuletis, frutice in
totum amaro. Instillatus foliorum succus,
aurium doloribus confert. Radix autem
illita

illita cum polenta, vetus quoduis cœdema
discutit: imposita cum resina terebinthina,
tubercula rumpit: cocta ex aceto illitâque,
podagræ discutit: sed & eius decoctum iſ-
chiadicis infunditur, & in dentium dolore
colluitur. Eadem arida tritâque, vitiligines,
lepras & impetigines absterget: cicatrices
nigras emendat, & maculas faciei repurgat.
Quin & radieis succus sesquiboli pondere
cùm minimùm, itemque cortex acetabuli
quarta parte, bilem ac pituitam purgant,
maximèque in hydropicis, idque citra vſ-
lam stomachi iniuriam. Radicis selibra in
vini præsertim Libyci sextariis duobus con-
teritur: danturque ex eo ieunis terni cyathi
tertio quoque die, dum tumor plurimùm
subsederit.

De Elaterio. CAP. CLV.

E fructu cucumerum [agrestium] medica-
mentum fit, quod Elaterium vocatur, ad
huc modum. Cucumeres eligito, qui simul
atque tanguntur quasi resiliendo succum
intra se contentum eiaculentur: eōsque de-
scriptos nocte vna seruato. Postero die im-
posito supra craterem rariore cribro, insu-
pérque resupinato ita cultello ut aciem sur-
sum versüs habeat, prehensos vtrique manu
cucumeres singulatim diuidito, humorém-
que in vas subiectū per cribrum exprimito:

simulq; carnosam cucumerum partem quae
 cribro hæsit, quod & ipsa transmittatur, eli-
 dito. Expressum succum in vicinam peluim
 transfundito. Aceruata autem super cribro
 segminum frustula vbi aqua dulci perfude-
 ris, itidemque expresseris, tandem abiicitur.
 Exceptum vero pelui succum agitato ac
 permisceto: moxque opertum linteo Soli
 exponito. Ac vbi coierit, supernatantem ar-
 quam omnem, cum eo quod in summo ceu-
 spuma concretum est, effundito: illudque i-
 dentidem facito, dum aqua superstabit.
 Hanc [si qua reliqua fuerit] posteaquam
 guttatim diligenterque excluderis, sedimen-
 tum ipsum mortario inditum conterito, &
 in pastillos cogito. Sunt qui ad coercendam
 hauriendamque protinus humoris abun-
 dantiam cibratos cineres humi sternunt,
 ac in eorum medio excavata foueola tripli-
 catum linteolum obtendunt, cui elaterium
 cum humiditate sua infundunt, illaque [hoc
 artificio] exhausta, tandem resiccatum i-
 psum in pila, ut dictum est, conterunt. Alij
 pro dulci aqua marinam affundentes, ita e-
 luunt. Alij in postrema lotura mulsam af-
 fundunt. Elaterium porro optimum creditur,
 quod cum candore modice humectum
 est, minimè ponderosum, laue, gustu ama-
 xissimum, quodque lucernæ admotum, facile
 accen-

accenditur. At quod porraceum est, scabrum
& ad aspectum turbidum ac erui cinerisque
plenum, graue & vitiosum est. Nec defunt
qui cucumeris succo amyllum immisceant,
ut candorem & leuitatem ementiantur. A
bimatu ad decennium purgationibus ac-
commodatum est. Integra dosis eius est, o-
bolus: minima, semiobolus: pueris, æreola
duo: nam copiosius häustuni, periculum ad-
fert. Bilem ac pituitam per inferna pariter
& superna trahit. Atque qui ægre spirant, eo
medicamenti genere fœliciter vtiliterque
purgantur. Quod si in animo est per aluum
purgare, adiecto salis duplo & sinapis tantil-
lo, quantum scilicet ad colorandum satis
sit, ex aqua catapotia erui magnitudine for-
mato: quæ posteaquam exhibueris, aquæ ter-
pidæ cyathum vnum exorbendum dato. Si u
vomitum concitare volueris, elaterium ar-
qua diluito, intinctaque pena subiectas
linguae partes quam penitissime oblinito.
At si æger ad vomitum difficilis fuerit, vel
oleo, vel irino vnguento diluito somnum
interim inhibeto. Porro his qui effusè ac
præter modum purgantur, vinum oleo mi-
stum frequenter propinari oportet. Etenim
superuenientibus vomitionibus restituuntur.
Quibus verò crebriores vomitus sisti-
par est, aqua frigida, polenta, posca, poma &

Hh. j.

quæcumque stomachū densando roborant
offerenda sunt. Meissēs quoque eiet, partū
quæ necat elaterium in pessō subditum. Cum
lacte verē nār bus insulsum, & regium mor-
bum depellit, & diuīturnos capit̄ dolores
sum̄mouēt. In anginis autem efficiaciter illi-
nitur ex oleo verere, melle, aut felle taurino.
[Satiū cucumbris radix conitita & drach-
mæ pondere in hydromelite pota, vomitus
mouet. Quod si cui à cōēa placide ac citra
molestiam vomere libet, oboli duo satis
fuerint.]

De staphide agria sine herba pediculari.

CAP. CLVI.

STAPHIS agria folia quidem habet la-
brosūcē modo diuisa, & caulinulos rectos,
mollēs, negrōsque: florem vero fert glatti,
seiken in folliculis viridibus cēu ciceris,
triangulum, scabrum, ex nigro subfulue-
scens, intus album, gustu acre. Huius grana
decem aut quindecim si trita in aquamulsa
dentur, crastos humores vomitu purgabunt:
sed qui hauserint, deambulare debent. Vi-
dendum nihilominus ut iis frequenter aqua
mulsa potui detur: alioqui in strangulatio-
nis periculum deducuntur, faucesque adu-
runtur. Herba autem ipsa trita perde, vel ad-
mixta sandaracha ex oleo illita, phthirias
prodest; itēmq; pruritui & psoris: plurimam
pituitam

pituitam commanducata trahit; & in aceto
decocta, dentium doloribus ore colluto sub-
uenit, gingivatumque fluxiones, quas Græci
rheumatum vocant, reprimit, & feruida
oris ylculcula cum melle sanat. Denique
malaginatis etiam yrendi vi predictis immi-
scetur.

De Thapsia. CAP. CLVII.

THAPSIA ex eo nomen accepit, quod
in Thapio eiusdem nominis insula pri-
mum inuenta fuit. Tota vero natura feru-
lae similis est, attamen graciliore caule, & fo-
lis foeniculo proximis, ymbellis in singulo-
rum surculorum cacumine anethi simili-
bus: flore in us luteo: lemne quadantenus
lato, quale ferula, sed aliquanto minore: ra-
dice iatus candida, fortis nigra, magna, cras-
so vestita cortice, eademque acri, cuius li-
quor excipitur in hunc modum: Effossa in
ambitu scrobe inciditur radicis cortex: au-
incavatur ipsa radix, ita tamen ut excavatio
sensim a latiore orbe in acutum desinat:
mox cooperitur, quo purior liquor con-
fluat: postero autem die congestum cum
toli par est. Eliciendi quoque succi ratio
hæc est: Radix contunditur, ac succus per
quallum instrumento ad id comparato ex-
primitur, qui quidem fistili crasto inditus,
in sole cogitur siccaturque. Sunt & qui foliis

Hh. ij.

simul cum radice tussis succum exprimant,
 sed invalidior is est. Hoc vero indicio di-
 scernitur qui e sola radice manauit, quod
 viroso magis est odore, humidusque perma-
 nerat e foliis extractus, exiccatur ac teredi-
 num iniuriam sentit. Porro qui liquorem
 colligit, minime obuersum vento stare o-
 portet: ac potius tempestatem diligere à
 ventis silentem, quave nulla aspiret aura. A-
 dio qui propter halitus acrimoniam vehe-
 menter intumescit facies, nudisque corpo-
 ris partes pustulae inuadunt. Icciso etiam
 non nisi cato quopiam astringente liqui-
 do prius inunctis nucis partibus, eo acce-
 dendum. Purgandi vim habent cortex radi-
 cis & succus, itemque liquor, si in aqua mul-
 sa bibantur: supernè enim æquè ac infernè
 bilem extrahunt. Radicis modus, quaterni
 oboli cum ternis seminis anethi drachmis:
 expressi vero succi, terni oboli: at liquoris,
 obolus unus: copiosior dosis salutem in di-
 scrimen adducit. Conuenit autem huiuscem-
 modi purgatio suspiriosis, & in diuturnis la-
 tertum doloribus, atque difficilibus excre-
 rationibus: is vero qui ægrè vomunt in ciba-
 riis opsonisive datur. Tam radix quam li-
 quor omnium maxime quæ pares cum eis
 vires sortita sunt, metasyncritica vi pollent,
 sive quid ex alto euocare, sive summæ cuius

mcatis

meatus relaxando corporis habitum mutari expedit. Quamobrem succus perunctione, aut radix recens affrictu, alopecia explet. Radix succulve cum æquis thuris ac ceræ portionibus, sugillata iuuent aquæ emendat: sed non plus binis horis dimittatur, ac locus deinde aqua maris calida fouecatu r. Tollit & maculas a Solis ardore contractas illitus ex melle succus, ac lepras remonet. Id & tuberculæ rumpit, cum sulphure peractus. In diuturnis quoque lateris, pulmonis, pedum, articulorumque vitiis utiliter illinitur. Cæterum valet & ad integrandam colis glandem, si modò alia ex caula quam circuncisione nudata fuerit. Tumorem enim extitat, qui & fotibus & pinguibus adhibitis emollitus, præputij lacturam relascit.

De Sparto. CAP. CLVIII.

SARTIVM frutex est longas proferens virgas, sine foliis, firmas, fractu contumaces, quæ in alligandis vitibus vinaculi usum præstant: siliquas ceu phaseli, in quibus exilia semina, lenticulae similia, florem leucoi, luteum. Huius semina & flores, purgant per superna vehementer hellebori modo & citra periculum, si quinque obolis ex aqua multa bibantur. Semen vero dejectionem quoque mouet. Quin & rannuli in aqua macestrati, mox tusi, succum dant ischiadicis, &

Hh. iii.

angina laborantibus utilem, si cyathis vniuersum modum ieiuniū vberem. Quidam coldem si-
los ramulos muria aut aqua marina macera-
re malunt, extractumque succum clystere
infundunt ischiadicis. Extrahit vero trun-
ta, quæque tamen strigmenta repre-
sentant.

De Sibilo.

Cap. cix.

SILVERVM spina est lata; folis chainae-
leonti albo similis: quæ adhuc nouella,
cum oleo & sale cocta, citur. Stillans & rafice
liquor drachmæ pondere potus ex aqua
mulsa, vomitiones ciet.

De Glande Vnguentaria.

Cap. cix.

GLANS VNGUENTARIA fructus est arboris
myrtacis simillis, magnitudine atellanis
nucis: eius nucleus amygdalarum amara-
rum more vniuersus pressusque liquorem red-
dit, quo in pretiosa vnguentaria pro oleo
tunatur. Nascitur in Aethiopia, Egypto, Ara-
bia & Petra oppido securi Iudeam. Praefertur
recons, plena, candida, quæque facile cortice
spoliatur. Ea trita & ex poscia drachmæ pon-
dere pota, lenientiam absunt. Quin & eidem
vici eti cum lotis farina, itemque podagriscis
cum aqua mulsa impbnitur. Cum aero co-
cta, plora m & lepram exterit: cum nitro, vi-
tiligines & cicatrices nigras emendat: &
cum lotio, lentigines & varos, maculas à

Solis

Solis ardore contractas & papulas in facie tollit. Vomitiones autem mouet aluūmque soluit, cum hydromelite sed valde stomacho aduersatur. Oleum quod ea exprimitur, aluum potu subdueit at cortex eius, magis astringit. Carterum quod ex caruosa expressa que reliquum est quasi retinmentum. Tunc magma, si megmatis imminiscetur, quæ ad scabritias & prutigines accommodantur.

De Narciso. CAP. CLXI.

NARCISSE sunt qui, haud secus ac lilium, lirium appellant. Foliis quidem portum refert, at tenuia ea sunt, minoraque multò & angustiora: caulis inanis ac sine foliis supra doctrantem attollitur: flos in ipsis cacumine albus, intus creucus, &c in quibus dam purpureus: radix intus candida, rotunda, bulbosa: semen velut in membrana seu pellicula, nigrum & oblongum. Probatissimus nascitur in montosis, odore suauis reliqui porrum imitantur, & herbaceum quendam odorem respiunt. Radix cocta seu cunctatur, seu etiam bibatur, vomitoria est: ambustis igni prodest, cum melle trita: praecisos neruos imposita glutinat: luxatis malleolis diuturnaque articulorum doloribus trita ex melle illataque subuenit. Vitia cuius à sole contracta, itemque vitiliginem cum virtute semine & aceto emaculat: cum eruo

Hh. iiiij.